Sit omnibus notum quod ego Guillelmus sa riba et ego Sibilia uxor eius de parrochia sancti Mathei de monte bovino grati et ex certa sciencia per nos
et omnes nostros heredes et successores dicti mansi Sariba absolvimus et diffinimus et perpetuo relaxamus vobis Petro Inferni et Petrono
filio eius de parrochia sancti Petri de Bigis et vestris omnem accionem questionem peticionem et demandam litem et controversiam et quascumque alias iura
actiones reales et personales et quascumque nobis pertinentes aut pertinere debentes in et super quandam peciam terre vinee plantatam que est in
dicta parrochia sancti Petri de Bigis loco vocato a ses tavoneres quam quidem peciam terre nos et nostri predecessores heredes dicti mansi sa riba pro
vobis longo tempore tenuimus et tenuerunt promittentes et convenientes vobis et vestris per firmam et legalem stipulacionem [illegible] insuper
per nos et nostros quoscumque quod non faciemus nec movebimus contra vos nec bona vestra racione dicte pecie terre vinee plantate aliquam questionem
actionem peticionem vel demandam litem controversiam de iure vel de facto aut aliter. Immo facimus vobis et vestris de predicta pecia
terre et vinea bonum et perpetuum finem et pactum de certo non petendo. Iuramus etiam sponte per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia
manibus nostris corporaliter tacta predicta omnia attendere et complere tenere et observare et in aliquo non contra facere vel venire iure
aliquo causa vel etiam racione. Et hec que dicta sunt facimus paciscimur et promittimus per nos et nostros presentes et futuros vobis et
notario infrascripto tanquam publice persone pro vobis et pro aliis personis quarum interest et intererit recipienti ac etiam legitime stipulanti.
Actum est in parrochia sancti Petri de Bigis sexta die octobris anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo. Signum
Guillelmi sa riba. Signum Sibilie uxoris eius predictorum qui hec firmamus et iuramus.

Testes huius rei sunt Guillelmus Lobers de parrochia sancti Felicis de Canovis et Bernardus de Villario scolaris.

Sig+num Iacobi de sancto Nicholao presbiteri Rectorisque ecclesie sancti Petri de Bigis ac notarii eiusdem qui hec scripsit cum literis
supra positis in [illegible] linea ubi dicitur [illegible] et clausit.

El matrimoni Sibil·la i Guillem Sarriba, de la parròquia de Sant Mateu de Montbui, [...], 6/10/1360, p. 1
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers

[illegible] de [illegible] pessa terre
[illegible] Guillem
[illegible] dita al [illegible]
[illegible]

N 0962

El matrimoni Sibil·la i Guillem Sarriba, de la parròquia de Sant Mateu de Montbui, [...], 6/10/1360, p. 2
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers